





DE  
GABELLAE DETRACTIONE  
EX VSV  
FORI SAXONICI ELECTORALIS  
AESTIMANDA  
SPECIMEN II.

1793, 18

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

PRAESIDE  
SAMVELE FRIDERICO IVNGHANSIO  
IVR. VTR. DOCT.

DIE XXX. MAII A. R. S. C<sup>I</sup>CCCLXXXIII.

H. L. Q. CC.

COLLOQVIVM PVBLICVM INSTITVET

IOANNES GOTTLLOB BEYERVS  
FRIBERGENSIS

LIPSIAE  
EX OFFICINA SAALBACHIA

GABRIELLE DITRACIIONE

ET EX VERA  
TOMI SVXONICI FLECTORIA

AUTOMNANA MUSICOLOGIA

SPECIMEN II

ILLUSTRIS URFECIONALTOYAM ORDINIS

AD COTITIA

PRÆSIDIE

SANCTI FRIDRICIO LAVANCHANO

1742. 7. 17. 17. 17. 17.

DIE XXX. MAI. 1742. 17. 17. 17. 17. 17.

ANNO L. G. C.

COLLOQUII IN TAVOLONE MUSICOLOGICO

JOANNES GOTTOPO BREWERAS

1742. 17. 17. 17. 17. 17.

1742. 17. 17. 17. 17. 17.

COLLOQUII IN TAVOLONE MUSICOLOGICO

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
**FRIDERICO ADOLPHO A BVRGSDORF**

DOMINO ET DYNASTAE IN ZCHEIPLITZ ETC. SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS  
SAXONIAE CANCELLARIO REGIMINIS SVPREMI

REL.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
**A V G V S T O G O T T L I E B**  
S. R. I. LIBERO BARONI  
**A G A E R T N E R**

SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE VICE-CANCELLARIO  
SVMMI REGIMINIS

REL.

OMNIS TERRA VENIT IN ME  
OMNIS TERRA VENIT IN ME  
OMNIS TERRA VENIT IN ME

EDERICUS ADOPTIONE A BURGSDORF

OMNIS TERRA VENIT IN ME

# ILLVSTRISSIMI

ATQVE  
EXCELENTISSIMI  
DOMINI  
IN  
ANNO  
MCMXCVII  
TOT  
TANTOQUE EXANT INSIGNIS FAUORIS AC PRAECLARAE INDULGENIAE DOCUMENTA,  
QUIBUS ME HUCUSQUE CONDECORARE HAUD DEDIGNARI ESSE, UT IMPAR  
MIHI IPSE QUIDEM VIDEAR REFERENDAE GRATIAE; TAMEN CUM PUBLICUM STUDII  
IURIS SPECIMEN SIM EDITURUS, AD CLIENTIS DEDICISSIMI DEUINCIISSIMIQUE  
OFFICIUM PERTINERE PUTAVI, HAC OCCASIONE MEUM ANIMUM EXINDE GRATISSI  
MUM VOBIS PUBLICE SIGNIFICARE. HIC ENIM IAMDUDUM FLAGITAT, OB  
SERUANTIAM ATQUE PIETATEM, QUA VOS SUSCIPIO AC VENEROR, PUBLICO QUODAM  
MONUMENTO TESTATAM RELINUERE, OMNIBUSQUE PALAM FACERE, QUAM  
SALUAE RES MEAE SUB VESTRA TUTELA HUCUSQUE FUERUNT. QUEMADMODUM  
VERO

I M P R I M T U M

vero *VOS* humanissimis precibus rogatos cupio, velitis hunc meum  
qualemcumque libellum, quem *NOMINIBVS VESTRIS IL-*  
*LVSTRISSIMIS* et *EXCELLENTISSIMIS* ornari  
ausus sim, placido vultu ac gratioſo excipere; ita etiam ardentissima  
Vota pro *VESTRA* salute, qua florente publica floret salus, devo-  
tissime explico, ut sumnum Numen *VOS* in patriae emolumentum et  
meum denique praefidium rebus mortalibus diu interesse, nec nisi paula-  
tim senescere iubeat. Caeterum beneficiorum *VESTRORVM* mul-  
tifariam in me collatorum continua per omnem aetatem culturus memoria,  
res meas semper ita geram, ut in summo iam significatae obseruantiae  
studio nulli unquam cessisse videar.

*NOMINIBVS VESTRIS ILLVSTRISSIMIS*

*A T Q V E*

*EXCELLENTISSIMIS*


*ADDICTISSIMVS IDEMQVE  
DEVINCTISSIMVS*

*D. SAMUEL FRIDERICVS IVNGHANS.*

temporis angustia impeditus, quominus SECUNDAM Sectionem specimenis  
mei I. de gabellae detractione ex vnu fori Saxonici Elect. aestimanda  
haud ita pridem exhibiti penitus absoluere potuerim; iam fauorabilem occa-  
sionem, qua mihi licentia, publice differendi, iterum data est, eo lubentius  
amplector, quo magis officio meo perinde satisfacere et reliqua, quae ad  
hanc sectionem pertinent atque personas, quae gabellam exposcere possunt,  
ad huc spectant, vberius exponere: simul quoque TERTIAM libelli mei sectio-  
nem ad diuersitatem locorum, ex quibus et ad quae bonorum exportatio  
procedit, directam, inchoare possum.

### §. XXII.

Iam paulo grauior existet inuestigatio fundamenti, in quo actus posse-  
forii ad acquirendam legitimam iuris detractus possessionem innitantur, pree-  
fertim cum hic sententias habemus diuisas. ALII enim ad stabiliendam iuris  
detractus possessionem desiderant, vt gabella semper extra casum retorsionis  
exacta fuerit, et simul ad Decisionem Elect. VI. d. a. 1746. qua retorsioni  
vis prorsus admitta est, strenue prouocant; ALII vero actus vi retorsionis  
enatos facilius admittunt, probationem fere impossibilem fore dicentes, nisi  
eiusmodi actus simul ad computum venirent. ALII denique distinguunt inter  
translationem bonorum, quae fit ad loca extra Saxoniam sita, et quae fit intra  
huius fines ex vna tantum iurisdictione in alteram. In illa admittunt actus  
vi retorsionis exercitos pro stabilienda detractus possessione legitima; in hac  
vero neutiquam. Si dicendum, quod res est, hae posteriores opiniones ad-  
modum magnam aequitatis et iustitiae speciem praefere ferre videntur. Nam  
PRIMO quod translationem bonorum extra Saxoniam attinet, non statim pree-  
sumendum est, intermissam gabellae exactionem erga alios magistratus, qui  
detractum, vel plane ignorant, vel non stricte exercent, statim pro libera,  
spontanea et voluntaria omissione iuris exercitii existimari posse; DEINDE  
respectu bonorum, quae intra fines Saxoniae ex vna iurisdictione in alteram  
trans-



transferuntur, caute monendum est, decisionem nouissimam supra allegatam retorsionem quidem prohibere, sed ad actus ante huius publicationem perfectos, tanquam ad anteriora, non etiam trahendam esse. Quod iam ex permisso juris detractus legitime quaesiti exercitio, eo magis appetet, quo minus in huius demonstratione actus antiquiores ante annum 1746. perfecti, ex interpretatione decisionis saepius dictae omnino respuerentur. Iam vero duo hac in re, quae singulatim sint spectanda in censum venire existimauerim. ALIVD enim est exercitium iuris detractus vi retorsionis factum, in quo tantum ad idem exercitium respicitur alterius domini vel magistratus, in cuius territorium vel iurisdictionem bona transportantur<sup>90)</sup>. ALIVD vero est exercitium, quod ex legitima possessione, sine respectu ad consuetudinem illius loci, in quem translatio bonorum facta est, originem ducit. VTRVMQUE longe diuersum esse, per se patet, nec unum cum altero commiscendum esse, res ipsa postulat. Quapropter illorum sententia, ex qua possessio legitima per actus vi retorsionis exercitos probata dari non potest, veritati conuenientior et menti adeo Serenissimi legislatoris Saxonici magis accomodata videtur. Hic enim, vt ex Generali, occasione conuentionis cum Duce Vimariensi super detractu initiae, nuperime sub d. 9. Febr. 1792. emissio in Mantissa sub N. XII. verbottenus inserto, clariss elucet, iura detractus magistratum patrimonialium in legitima possessione bene fundata sanctissime seruat et illis adeo valorem iustissimum tum tribuit, cum bona ex illorum iurisdictione in terras sub laudata conuentione comprehensas transferuntur. Illis e contrario actibus, quibus gabella vi retorsionis exigitur, omnes admuntur effectus, addita grauissima prohibitione, ne vñquam detractus, sub praetextu retorsionis, deficiente iure legitime deducto, erga terras Vimarienses exerceatur. Quae omnia etiam ex responsione a Regimine supremo Elect. Senatui Offitiensi d. d. 12. Febr. 1787. data in Appendice sub N. XIII. adiecta perlucide emicant; cum in hac iussu, vt, quoniam ius detrahendi gabellam in Saxonis et Danicis prouinciis certa conuentione inuicem sublatum sit, Senatus, actis publicis singulos casus et ad rem facientes comprehendentibus adiectis, ante omnia referat, num extra casum retorsionis etiam fundatam possessionem iuris exigendi gabellam legitime adeptus sit? Neminem fore putauerim, quin ex his diuersam naturam huius iuris et diuersos exinde prouenientes effectus habeat perspectos.

<sup>90)</sup> Rechenberg de detr. fundam. retors. Idem progr. quo casu ret. detr. permit.

§. XXIII.

## §. XXIII.

In recensione mediorum probandi vero morari haud lubet, de quibus pro diuersitate castum, vix illa certa dari potest regula. Res ipsa plerumque editionem rationum fiscalium aliorumque in scriniis repositorum actorum suadefit <sup>91)</sup>, quae, tanquam eminentiora documenta faciliorem haud dubie possessionis illustrationem praebere valent. At enim vero de huius interruptione paucissimis addere licet, non deesse ICTos, qui contradictione quacunque ab altera parte prolata, possessionem quæsitam statim turbari existimant. Nec negandum, celebriores adeo ICTos in doctrina de interruptione præscriptionis admodum variare <sup>92)</sup>. Sed fortioribus argumentis omnis res ad contradictiones in forum deductas dirigenda videtur, cum extrajudicialis denegatio, etiam si cauſa decisā non fuerit, præscriptionem iuris detractus vix interrumpere valeat. Quia in re præeuentem habeo Celeberrimum ICTorum Lipsiæ Ordinem <sup>93)</sup>, cui non absque fiducia subscribere mallem. Magistratus igitur, qui in epistola superiori missa de contradictione super detractione gabellæ iam olim iudicialeiter facta quaedam immiscet, tametsi huius decisionem neget et contradicentis renunciationem simul alleget, cauſam suam valde dubiam reddit et præsumptionem contra se excitat. Gabellæ enim denegationem iam in iudicium vere deductam esse, exinde patet.

## §. XXIV.

Cum vero priuatorum magistratum iura detractus legitima probatione in aprico sint posita, princeps iustissimus haec sanctissime tuctur, nec unquam aliquid, quo priuati illis vel plane exuantur, vel in illorum exercitio turbentur, permittit, nec reditus eorum legitimos ad commoda iurisdictionis in compensationem huius onerum referendos contra aequitatem diminuit. Et princeps clementissimus eo vsque iustitiae procedit, vt, extraneis magistratis, ad immunitatem detractus in exportatione bonorum consequandam, patrimoniali magistrati reuersales offerentibus, domesticos tamen magistratus, vt, nisi sponte sua velint, eiusmodi litteras exterorum reuersales accipiant, et bona exportanda a gabella immunia dimittant, numquam adigere, sed ipsum libero arbitrio reuersalium eiusmodi receptionem relinquere soleat.

F 2

Quin

91) Schröter, de gabella detr. §. 69. Socin. Iun. consil. 61. n. 2. l. 3. Magon decis. 10. n. 47.

92) Carpzou P. II. c. 7. def. 2. Wernher P. VI. obs. 400.

93) de Winkler ad Berg. Occ. L. II. T. II. th. 26.

Quin imo exteris non raro simul expressis verbis responderi solet, priuatorum magistratum iura seruanda, nec ad imminutionem eorum quicquam molendum esse, in alio casu vero, qui immediatos principis ciues tangat, oblatas reuersales se lubenter accepturum esse. Vnde saepissime fieri solet, vt princeps ad epistolas magistratum priuatorum in caussis detractus, iure quaefito ab his bene demonstrato, plerunque ita respondeat, vt, nisi litteras reuersales ab extraneis vltro accipere vellent, gabellam vltitatem exposcerent. Longe aliter vero res se habet, si magistratus tali iure non gaudent, quo casu princeps pro rebus circumstantibus aut detractum permittit, aut praeſertim si status pacitius §. XXII. notatus existat, exportationem immunitum esse iubeat. Certiores nos de hoc reddit Rescriptum Iudici Oppurgensi sub d. 5. Dec. 1783. datum infra sub N. XIV. infertum, quo ius detrahendi gabellam de hereditate nobilis cuiusdam defunctæ denegatur quidem, hac tamen simul adiecta reseruatione, vt, si iurisdictionis dominus ex fundata legitima poſſeffione ius detractus exercere valeat, nec hereditatem erga reuersales datas absque gabella dimittere vellet, hanc suam iuris poſſeffionem ante omnia ſufficienter doceat. In eo etiam conueniunt plures Doctores, magistratum cogi non posse, vt ius detractionis ex hereditatibus maxime idque legitime quaefitum dimittat, quamuis alterius loci magistratus hereditatem quandam, sub conditione exhibendarum litterarum reuersalium, cui illius magistratus ditioni ſubieicto non deminutam transmittere ſponte ſe offerat <sup>94)</sup>. Nec res mutari potest, si detractio gabellae in illa ciuitate, in quam bona transferuntur, plane non introducta fit; Hoc enim tantum illis magistratibus, qui gabellam vi retorsionis poſtulant, non autem his, qui iure quaefito instructi ſunt et hoc plene demonſtrarunt, opponi potest. Nulla etiam iniqüitas in exercitio huius iuris aduersus principem cernitur, licet ei ſumma iurisdictione in eiusmodi magistratus competat. Et ne iniqüitas quidem in exercitio talis iuris quaefiti quoad bona Schriftſaffiorum et ſuperiore foro gaudentium adeffe videtur, cum magistratus ab ipſo principe non impediātur, quo minus gabellam de illorum bonis, dummodo haec ſub iurisdictione priuatorum ſe habeant, aut illi in hac iurisdictione vixerint, recte exigant, vt in §. XVIII et XVIII. Speciminiſ mei I. haud ita pridem editi vberius proposui. Non plane quidem nego, principem vi ſuperioritatis territorialis gabellam a magistratu ex iure detractus quaefito exactam, vel in totum vel pro parte remittere et ſic, rebus ſuadentibus, exceptionem quaſi a regula in singulari caſu admittere.

tere

94) Berger, Occ. iur. L. I. T. II. th. 13. no. 4.

♦♦♦♦♦♦♦♦♦♦

XXXX

tere posse. Sed tamē non eo ipso sublata prorsus videimus iūra priuatorum, cum eiusmodi exceptione semper clausulam, quod absque consequentia et saluo iure, in casu specialissimo exportatio absque detractus exercitio permissa fuerit, ab ipso principe iustissimo insertam habeamus. Patet hoc ex Rescripto iudicio Rützengrūnensi sub d. 22. Ian. 1754. transmiso.

### §. XXV.

Caeterum res ipsa loquitur, omnes eos, qui gabellam vel vi retorsionis, vel ex iure quaesito et legitimate deducto detrahere valent, ad eruendam hereditatem et praesertim ad perspicienda bona, quae detractui subiacent, variis remediis vti posse. Sic enim non solum inuentarii confectionem aut iuratae specificationis editionem rite iniungunt, sed etiam artis peritos et taxatores adhibent, imo, si fortasse bona quaedam alienata sunt, vel alia occurunt dubia, et ab herede etiam et ab exportante iuris iurandi praefationem iuste postulant. Nec ullum discrimen inter fisicum Electoralem et priuatorum magistratuum, nec inter bona, quae transferuntur ex Saxonia, vel intra huius fines ex una iurisdictione in alteram hic intercedit. Qua in re plures Auctores<sup>95)</sup> conspirantes habemus et varia illustriora exempla, quae ex Rescriptis, Praefecto Schweinidensi d. d. 17. Nov. 1764. et 7. Febr. 1765. datis apparent, rem ab omni dubitatione excludunt.

### §. XXVI.

In eo autem haesitant plures, si magistratui cuidam, qui iure detractus legitimate quaesito non praeditus est, nihilominus gabellae solutio ultro promissa fuerit. Interdum hoc fieri solet, praesertim si nobiles, qui in plurimis Germaniae prouinciis immunitate a detractu gaudent, sub iurisdictione patrimonialis magistratus bona forte immobilia acquirunt, et huic, ad euitandas futuras, intuitu nobilitatis obuenientes difficultates, iam in antecessum promittunt, casu eueniente, ab heredibus corum, etiam si nobiles sint, gabellam solutam iri. Obstare quidem videtur PRIMO, nemini plus iuris tribuendum esse, quam vere illi competit, ergo vnius spontanea concessione magistratui acquiri non posse, qued, nisi contra vniuersos legitimate acquisuerit, habere plane non posse videatur. DEINDE fundamenta detractionis esse vel retorsionem vel ius quaesitum legitimate introductum, quae utraque hic cessarent, adeo,

95) Thomasius, de iure detr. §. 30. Rielius, de sarcina emig. c. 4. tit. 5.

vt, in horum defectu, priuato non possit facultas gabellam exigendi compari. POSTREMO gabellam, etiamsi in casu enarrato soluta fuerit, manere indebitum et hinc inde condicione indebiti posse repeti. Verum alios a me hic dissentire, lubenter patiar, modo rationes, quibus opinio mea fulcitur, doctoribus non a principijs iuris alienae videantur. PRIMO libertas, se contra obseruantiam obstringendo et fauori pro se introducto renunciandi, nemini imminuitur, nec vlli acceptatio huius promissi denegatur, nec omnino iura aliorum in immunitate remanentium per eiusmodi pactum infringuntur, aut saltem deminuuntur. Id quotidie in praestatione operarum rusticarum, accidere videmus, quae licet certus pagus vel circulus ab vna vel altera harum praestationum immunis sit, tamen ab vno vel altero individuo eiusdem pagi vel circuli haud dubie promitti et praefarsi possunt. Accedit DEINDE, quod defectus iuris quaeſiti et legitimate probati vt et retorsionis non statim pactum singulare statutum excludat. Magistratum iurisdictione praeditum esse, vel alio modo in §. II. Speciminis I. denotato facultatem gabellae accipienda acquisiuuisse et hic fundamentum detractus flabilitum esse, sufficit. Ideoque exemplum, de quo modo differui, iura tantum partium, pacto singulari firmata, continent et ex regulis iuris inde emanantibus diiudicandus est. Reliqua DENIQUE, quae hic agitantur, naturae condicione indebiti plane repugnant, cum omne id, quod vel naturali vel ciuili iure debetur, indebitum dici nequeat l. 3. §. 7. D. quod quisque iuris l. 42. D. d. cond. ind. et ea, quae iam nudo pacto debentur, ad indebita non referenda sint, l. 3. Cod. d. viiuris. Praeterea vnicuique, qui rerum suarum liberam habet administracionem, integrum sit, magistratu donandi, quantum velit, et quoconque tandem nomine donum promissum ornet, in eum libere transferendi.

## §. XXVII.

Ad quaestiones denique notatu digniores, quae magistratus iure detractus gaudentes simul spectant, etiam haec referenda videtur, num Commissarius principis in cauſa hereditaria, fibi speciatim delegata, etiam gabellam exigere valeat? Accidit forte, vt hic ex ea hereditate, cuius curam et distributionem princeps ei, tamquam praefecto Electorali, commisit, bona mobilia, vel pecuniam, ex venditione immobilium ad depositum relatam heredibus transmittere debeat extraneis. Qui quidem Commissarius iura detractus legitimate quaeſita et prefecturae fibi demandatae bene adhaerentia respicere gabellamque a dictis heredibus exigere vellet, magistratus eorum loco-


locorum in quibus defunctus habitauerit et bona reliquerit, vehementer contradicerent. Nec horum motus reprehendendi viderentur, dummodo iura detractus, quoad bona defundi iis vere competenter. Ex eo enim, quod princeps hereditatis curam et distributionem praefecto commisit, non statim sequitur, illum et gabellae exactionem ei simul demandasse. Pari modo nec omnia alia iurisdictionis exercitia, quae magistratibus non absque iusta causa adminda sunt, tacite videntur delegata. Quod apparet ex commissa causa debitorem obaeratum et huius creditores respiciente, quo non etiam venditio bonorum auctionis lege instituenda simul comprehenditur. Quod enim quidam ex l. 2. D. de iurisdic. et c. 5. X. de off. et potest. iud. deleg. flatuant <sup>96)</sup>, commissorialibus, nisi certi limites sint positi, omnia ea facite inesse, quae ex natura negotii commissi fluunt, id sane hoc argumentum non facit, cum hereditas curari, ordine disponi, et heredibus tradi sine gabellae exactione utique queat, vt pote quae separatum plane et distinctum ab hereditatis ordinandae cura negotium constituit. Nec omnino omissendum, commissorialia, tanquam irregularia, stricte interpretanda esse <sup>97)</sup>. Sunt enim mandati instar, quod strictae interpretationis est, l. 5. pr. D. et l. 12. C. Mandati. Nec a principe iustissimo expectandum est, eum per delegationem iudicis, cui certainam directionem in modo processus tantum commisit, iura magistratus huc usque salua, vel in minimo articulo laedere voluisse. Quapropter Commissariorum principis, in casu, quo partes hereditatis detractioni gabellae forte subiciunt, hoc non solum magistratu competenti statim annunciare, sed et hunc de appropinquante solutione absque mora certiore reddere, magis deceat. Ita enim iudicauit Regimen supremum Elect. in Responsione ad Praefectum Schwarzenbergensem d. d. 28. April 1768. transmissa.

### §. XXVIII.

Coronidis loco adhuc pauca de effectibus iuris detractus quaefiti et de modo exigendi gabellam allubescit addere. Hanc, vt plures magistratum redditus, ad onera realia referenda esse, adeoque tacita hypotheca gaudere, vix crederem, esfi non desint, qui ex l. 1. 2. Cod. si propter publ. penfit. l. 1. 6. in quibus caus. pign. et hyp. tac. contr. l. 46. §. 3. D. de iur. fisci l. 10. D. de manu-

<sup>96)</sup> Hellfeld, Iurisp. foren. T. 1. §. 199.

<sup>97)</sup> Stryck ad Laut. tit. de idest. Böhmer ius Eccl. prot. L. I. Tit. 29. §. 35.



manumiss. ita sentiant <sup>98)</sup> et adeo inter magistratus, quibus iura fisci compent vel non competit, distinguant <sup>99)</sup>. Nec possum a me impetrare, vt illis adstipuler, qui ex interpretatione Mandati Elect. d. 26. Jul. 1730. <sup>100)</sup>, editi, ob verba: *Unum Fisco*, in fauorabiliores fisci Electoralis partes inclinare velint; Huc enim dissensus Doctorum referendus non est, ex comparatione huius Mandati et Tit. XLV. O. P. S. originem ducens, cum ibi sermo potius de annuis redditibus sit <sup>101)</sup>. Quibus praesuppositis actio hypothecaria vel realis locum habere vix potest, ad exigendam gabellam, et non nisi actio personalis, scilicet condictio ex lege, priuilegio, vel moribus remanere videtur <sup>102)</sup>. Et hoc etiamsi non alia argumenta adcessent, ex eo tamen iam appareat, quod possessor praedii ipse emtionis pretium, absque gabellae reseruatione, ex eo soluens, vix conueniri poterit, nisi forte dolose egerit, vel inhibitioni datae non obtemperauerit. Magistratus enim est, vt iura sua tempestive curet; Vigilantibus haec scripta sunt et nemo alterius iura respicere tenetur. Imo non semper quilibet, etiamsi ciuius eiusdem magistratus sit, de huius iuriibus et praerogatiis sufficiente praeditus est scientia, nec, vt hanc adipiscatur, per homagii praestationem obstringi videtur. Quapropter hic satis excusatus erit, dummodo, sibi nullam gabellae retentionem aut depositionem iniunctam fuisse, nec omnino eius rei iustam se habuisse notitiam, probauerit. Multo minus cauissa extra modum processus ciuilis vel adeo inquisitorie tractanda, aut soluens ciuiis, ob omisiam detractus retentionem poenae vel multe subiiciendus erit. Quod ex pluribus Rescriptis Sax. comprobatum habemus, quibus clausula adiecta est, vt, quoniam gabella amplius detrahi non possit, ulterior processus, rebus sic se habentibus, sistatur. Et per Rescriptum Praefecto Zörbigensi sub d. 8. Nov. 1774. datum, in Appendice sub N. XV. adiectum apparel, omnem poenam in tali casu cessare et potius inhibitioni in cauissim gabellae re adhuc integra locum esse. Qua in re praestantiores ICTi fere omnes conueniunt <sup>103)</sup>.

### §. XXIX.

98) *Crocius* d. iur. detr. Cap. XX. §. 10. *Seruv* synt. ciuil. Ex. 26. §. 14. *Zepper* d. iur. dete. N. 76.  
*Klack* de contrib. c. I. n. 239. *Bek*, d. i. detr. P. I. c. II. obs. 3. et 5.

99) *Caroccius* de quota detr. §. 65.

100) *Cod. Aug.* Cont. T. I. p. 283.

101) *de Winkler* ad Berg. Oec. L. II. T. V. th. 5. n. 3. *Schott* Inst. Iur. Sax. L. II. S. V. §. 9.

102) *Beyer* ius Germ. L. I. c. 20. n. 19. *Seruv* Synt. Civ. Ex. 18. §. 57. 58. *Meinius* p. II. d. 16f.  
*Zahn* d. iure municip. c. 44.

103) *Rhearius*, disp. iur. pbl. vlt. p. 531. N. 12. *Berlich*, P. III. concl. 52. N. 26. *Meinius* P. VII.  
decif. 64. *Schröter*, d. gab. detr. §. 66. *Thomasius*, de iure detr. §. 41.

## §. XXIX.

Aliter vero res se habebit quoad praefectum vel quemlibet iustitiarium iura detractus negligentem. Hic enim, praesertim si tempestiuam omiserit inhibitionem, nec rem ad Regimen praepositum retulerit, non facile penitus eaudet reprehensionem et defensionem<sup>104)</sup>). Qua de re, in primis si gabella ad fiscum Electoralem pertinuerit, eo minus dubitandum est, quo magis per Generale ex Camera principis d. d. 24. April. 1752. emissum<sup>105)</sup> praefecitis diligentissima cura pro gabellarum exactione in catu alienationis omnium immobilium ad exterios pertinentium severa sanctione iniuncta est. Quamquam vero tum, cum vniuersa hereditatis exportatio absque detractu iam facta sit, nil amplius contra eum, qui hanc procurauerit, statuendum sit; tamen non omnis inuestigatio, praesertim quoad passum ciuilem, si bona quaedam adhuc sub iurisdictione remanserint, plane denegata videtur. Sic Praefectum Altenberensem sub dato 6. Dec. 1781. severa admoneri recordor, quod defuncti cuiusdam filio, quia fratri suo, propria auctoritate hereditatem a patre reliquit tradiderit, item moueret, et simul illius assertum, iamiam vniuersam paternaे hereditatis portionem fratri debitam ab hoc exportatam esse, curatius erueret. Caeterum vero per se patet, extraneum, qui hereditatem vel omnimode vel ex parte iam vere perceperit, nec tamen gabellam soluerit, nullo modo ad responsionem vel excusationem obstrictum esse, et multo minus poena vel mulcta quadam affici, aut, donec praestet gabellam, carcere includi posse, licet nonnullis ita videatur<sup>106)</sup>). Nec laudata dispositio d. a. 1752. obstat, quaē non omnino vim legis vniuersalis habet, nec talem exportationem prohibet, sed tantum detractionem gabellae Praefecitis Electoralibus iniungit. Et confirmatio huius opinionis apparet simul ex Rescripto d. 8. Nov. 1774. in spho antecedente allegato, quo non solum is, qui absque reservatione gabellae soluit, sed etiam extraneus, qui hereditatem accepit, nec tamen gabellam praestit, ab omni poena liberi declarantur. Consilendum igitur magistratibus, vt ex praescripto Decisionis Elect. XXVII. de a. 1661. et Mandati d. 19. Febr. 1719.<sup>107)</sup> iam tempestiuē procedant, aut


cau-

104) Green, de oblig. domin. ad praest. facta Act.

105) Cod. Aug. Contin. T. I. p. 1359.

106) Beck, de iure detr. P. I. Cap. 9. obs. 4. Beyer, ius Germ. L. I. cap. 20. N. 19. Zepper, de iur. detr. N. 72.

107) Cod. Aug. T. I. p. 1203.



cautionem in securitatem gabellae praestari fibi curent. Quo facto non solum faciliores reorum partes in detractus exactione sustinebunt; sed et omne periculum certissime euitabunt.

### §. XXX.

Quoniam vero de modis acquirendi, 'exercendi et probandi iuris detractus hactenus differui, opus esse tandem videtur, vt etiam de modis, quibus illud amittatur, dissoluatur et finiatur, adhuc quaedam addam. Id quod tamen primis tantum labris degustandum erit. Vberiorem enim huius rei tractationem illa libelli sectio, qua de personis gabellam soluentibus agendum, commodius continebit. Inter illos autem modos, quibus gabellae ius extinguitur, conuentiones a dominis territorialibus cum aliis dominis aut magistratis initiae non vltimum obtinent locum <sup>108)</sup>). Illae nimurum plerumque non solum ciues immediatos in statu pactio dissipatis verbis comprehensos, sed et certo respectu subditos patrimonialium magistratum, qui ius detractus ex retorsione tantum exercent, a gabellae solutione liberant, vt supra §. XXII. demonstratum est. Transactione praeterea et renunciatione detractus obligationem vel omnino, vel in speciali casu tolli posse, res ipsa et quotidiana fori vsus abunde docent. Etenim vt renunciatio nominatim fiat, non semper necesse est, sed tacita etiam per actus iuri suo, quo forte gaudent, vere contrarios, ad perimendam obligationem sufficit <sup>109)</sup>). Nec dubitandum deinde, quin ius detractus etiam non vsu amitti possit. Quod eo vsque verum, vt magistratus, ne retorsionis quidem iure gabellam exigere valeat, si hac non vsus fuerit et lubens acquieuerit, dum exterus dominus aduersus illius ciuitatem ius detractus longa consuetudine introduxit <sup>110)</sup>). Contraria denique praescriptionem et obseruantiam ad modos amittendi ius detractus vtique referandam esse, vna omnium est sententia. Quantum vero tempus ad illam absoluendam requiratur, in eo tot tantaque sententiarum diuertia deprehenduntur, vt, quantum ob breuitatis studium fieri poterit, id est, fugiente quasi calamo, illas recensere, operae pretium videatur. Alii <sup>111)</sup> quinque annos requirunt; sed rationes, quas adducunt, magis vinctilibus mere talibus, quam regulis de detractu iam datis accommodandæ videntur.

Alii

<sup>108)</sup> Crufius d. iur. detr. cap. 18. §. 11.

<sup>109)</sup> Gail. L. II. Obf. 30. n. 3. L. I. obf. 2. n. 2.

<sup>110)</sup> Ziegler dicas. concl. XV. §. 33.

<sup>111)</sup> Menius p. II. dec. 163. Gilken de præsc. c. 3. n. 34. Berger Oec. L. I. T. II. th. 18. not. 6.

Alii desiderant<sup>112)</sup> decem annos, nec desunt<sup>113)</sup>, qui praescriptionem contraria quadraginta demum annis compleri existimant. Quicquid vero illi vel ex odio causis gabellae adhaerente, vel ex regulis in doctrina de praescriptione contra sicutum receptis stabilienda sua sententia in medium contulerint, haec omnia tamen, saltem quoad Saxoniam Electoralem, principiis super iuris detractus acquisitione et possessione supra delineatis non conueniunt. Hoc iure exercetur, vt aliud ius, quod vel priuilegio, vel consuetudine legitima introductum est, et eodem modo soluitur, nempe denegatione ab una et aciescentia ab altera parte, accedente tempore lege definito, XXXI. annorum, VI. septimanarum et III. dierum, dummodo occasio, gabellam exigendi, vere extiterit; Ut inde neque dubitari possit, quin actionibus, quae pro gabella exigenda institui possunt, et supra §. XXVIII. notatae sunt, eodem tempore prescribatur, et omnino, vt in §. IV. Speciminis mei I. demonstravi, causae gabellae non quidem pro causis mere fiscalibus, sed potius iustitiae et politiae habendae sint. Quia in re ICtorum Vitebergenium Ordinem celeberrimum consentientem habemus<sup>114)</sup>, cuius rationes adductae plus una vice in foro approbatae sunt<sup>115)</sup>.

## SECTIO TERTIA.

### §. XXXI.

**Q**uanta in exercitio iuris detractus consuetudinis diuersorum locorum vis sit iam super generatim praemonui, cum mihi de rebus gabellae detractioni obnoxii et simul de personis hanc exigentibus differendi occasio fuit, Maluissem quidem ibidem de locorum, e quibus hereditates exportantur, et ad quae deferuntur, diuersa ratione tractare. Verum enim vero cum temporis et instituti ratio vela orationis tunc quidem iussit contrahere, huic doctrinae admodum ampliae singularem et uberiorum meditationem iam nunc dedicandam putauit. Res ipsa nimirum postulat, vt in exercitio iuris detractus non solum ad consuetudinem et iura illius loci, vbi hereditas existit

G 2


et

112) *Sylvanus* consil. 6r.

113) *Sixtus* d. aet. forens. inuest. Sect. IV. m. 5. n. 16r. de *Lynker* Vol. I. resp. 33. n. 5. *Befold* consil. 76. n. 49. 50. p. 2.

114) *Wernher* Vol. I. obs. 369. *Geck v. Alsch. und Nachst. Th.* I. Cap. 12. obs. 6. (Cap. 17. n. 2.

115) *Leyser* med. ad *Pand.* sp. 433. m. 8.



et unde transfertur, respiciamus, sed etiam ut consuetudines ac iura illius loci, in quem fortunae deferuntur, atque quid rationis intercedat huic vel illi ciuitati cum altera, intueamur. Quapropter hanc doctrinam paulo curationis inuestigare et vel ex regulis retorsionis intuitu obseruandis, vel ex litteris, quas vocant reuersalibus vberius exponere, operae pretium censeo. Vtique tamen praeconendi sunt lectores, sermonem meum potissimum ad bona, quae in Saxonia heredibus, legatariis hisce similibus obueniunt, et ad exteriores deferuntur, esse spectaturum.

### §. XXXII.

Meum hic non est, catalogum diuersarum consuetudinum et iurium singularium, ex quibus magistratus gabellam hic vel illic recte exigunt, ita proximum exhibere, ut longe repeatam, quibusnam ciuitatibus vel magistratibus detractus exercendi facultas competit. Haec res enim pro diueritate iuris legitime acquisiti et rite probati varie sepe habet, quin etiam pro diuersa consuetudine, secundum quam variatur, detractus iure retorsionis exercetur. Generatim notare sufficiat de rebus immobilibus, magistratum eius loci, sub cuius iurisdictione illae sitae sunt, de mobilibus vero magistratum, sub cuius iurisdictione defunctus domicilium habuit, in regula gabellam exposcere. Id quod eo usque verum est, ut regula intuitu mobilium salve maneat, licet defunctus vel eodem loco non perpetuo commoratus sit, vel in diuersis locis domicilium habuerit constitutum, vel alibi e vita discesserit: Immobilium autem respectu ad locum, vbi defunctus vitam degerit, ideoque ad forum domicilii plane non respiciatur. Immobilia enim ex loco, quo sita sunt, mobilia autem ex persona, cuius vere sunt, aestimantur. Illud combatatum habemus ex Rescripto a Regimine Dresdeni praefecto Rochlitzensi sub d. 10. Iun. 1776. dato, quod in Mantissa specimine meo I. adiecta sub N. VIII. verbotenus insertum est. Hoc vero nunc, quantum breuitatis studium permettit, exponam. Si mobilia sub eodem magistratu, sub cuius iurisdictione defunctus tanquam subditus vere habitauit, relicta exstant, res per se dubia esse non videtur. Quodsi autem res mobiles pro parte sub alio magistratu et alio in loco, quam vbi defunctus domicilium coluit, inueniantur, harum intuitu difficultior est caussae inspectio. Sunt, qui gabellam hoc casu ab eo magistratu, sub quo res sitae sunt, exigi posse existiment<sup>116)</sup>, quia actiones, quae forte earum caussa moueantur, in eodem loco instituendae et res hereditariae

<sup>116)</sup> Schiltz in addit. ad Pistor. qu. 124. 122. Corlmann resp. Vol. 3. consil. 33.

ditariae omnino ex loco, quo reperiantur, aestimandae sint<sup>117)</sup>). Cui quidem sententia etiam hac ratione permotus, quod gabella pro accepta publica tutela soluitur, magnam aequitatis speciem inesse non abnuerim, potissimum quod exportatio e iudicis, qui gabellam poscit, iurisdictione fundamentum et necessarium requisitum eius sit, res autem sub alia iurisdictione, quam sub qua vixit defunctus constituta, ex hac vere exportatae esse dici non possint; Ideoque de rebus etiam mobilibus ei iudici, sub quo inueniuntur, gabellam deberi eo minus dubii habeat, quo minus sit absurdum, vel analogiae iuris repugnet, etiam in rebus mobilibus forum et iudicem rei sitae agnosceret<sup>118)</sup>). Nihilominus tamen plerique Dd.<sup>119)</sup> hoc casu magistratui, quod defunctus habuit, ius detractus tribuunt adeo, vt hic gabellam a rebus mobilibus, etiam si alibi sitae sint, iure suo exigat. Argumentantur enim, mobilia ossibus adhaerere et exinde personam domini semper sequi, vbi cunque terrarum inueniantur<sup>120)</sup>.

### §. XXXIII.

Nonnulli quidem Dd.<sup>121)</sup> eidem sententiae adstipulantes afferunt exceptionem quoad mobilia vagabundi, famuli aliorumque, qui verum domicilium in ejuitate non habuerunt, vt nempe horum intuitu gabella ex consuetudine loci aestimetur, vbi mors illorum fecuta sit, si supellectilem secum habeant, intuitu reliquatum mobilium vero ex moribus eius loci, in quo res inueniantur. Verum magnopere vereor, vt haec recte fatis et vere disputatione. Etenim vagabundi et alii, qui certo loco verum nondum constituerunt domicilium, secundum leges et consuetudines illius loci diiudicantur, in quo tunc temporis vivunt<sup>122)</sup>). Et si mors eorum forte sequatur, quicquid bona, saltem mobilia ab his relicta, spectat, omnis res ex consuetudine eius loci, vbi vitam finierunt, et qui, cum aliud non haberent, pro loco domicilii eorum est habendus, haud dubie tractanda videtur<sup>124)</sup>), vt ita, quantum equidem video, hic non sit exceptionis a regula exemplum. Quinimo, ne talis adesse

G 3

repu-

117) *Schurf* Cent. I. consil. 6. n. 1. *Mod. Pistor.* Vol. I. consil. 35. n. 53.

118) *Leyser* Med. ad Pand. sp. 421. med. 1. 2. sp. 430. med. 5. in fin.

119) *Berlich.* L. III. c. 52. n. 67. 68. 69. *Sruv* Synt. civ. ex. 38. §. 43. ex. 50. §. 35. *Crusius* d. iure derafft. Cap. XIII. *Colerus* d. proc. execut. p. I. c. 3. n. 230 et 245.

120) *Rauchbar*, qu. 17, in pr. *Scheplitz* consuet. March. p. II. §. 6.

121) *Sruv* I. cit. ex. 38. §. 43. *Berlich* I. cit. n. 71.

123) *Berger* Oec. L. IV. T. IV. rh. I. n. 6.

124) *Christ. Thomofius* d. vagabundo.

reputetur, obstat regula ab ipsis contradicentibus, ut supra dictum proposita, ex qua res mobiles ossibus dominorum quasi adhaerent. Attamen diutius huic quæsitioni non insistam. Nec moror in disceptatione super acquisitione bonorum ab iis mota, qui gabellam magistratui illius loci denegant, vbi bona non acquisita fuerint, nec pecunaria ab his utilitas aut foenus deriuari potuerit. Haec enim omnia extra fines huius libelli plane videntur esse posita. Mea potius interesse videtur, ut varias, quae inter vtraque loca, e quibus fortunarum sedes defertur, et ad quae bona transferuntur, intercedere solent rationes, curatius inuestigare, simulque quid magistratui contra magistratum in detractione gabellae liceat, ex principio soro Sax. Electorali receptis enodare studeam. Qua in re, ut eo facilius procedam, praeprimis distinguenda esse videntur loca, quibus in exigenda gabella ad retorsionem, ab iis, in quibus ad conuentionem et statum pacitum, vel ad litteras, quas vocant Reuersales, potissimum respiciendum est, de quibus nunc singulatim differam.

## LXXXVII

## §. XXXIV.

Num ius retorsionis, ut quidam<sup>125)</sup> existimant, iam ex sacra scriptura Exod. XXI. 23. 24. Leuit. XXIV. 19. Matth. VII. 12. deriuandum sit, alii iudicent, qui sacris litteris ex instituto operam nauantes verum diuinorum librorum sensum ex hermeneutica sacra et Hebraeorum lingua eruendi negotium sibi proprium fecerunt. Evidem ad nostras, vt pote humanas leges conuertens fundamentum illius iuris in Edicto Praetoris: Quod quisque iuris in alterum statuerit, quaerendum esse, non crediderim, et si non desint, qui ita sentiant<sup>126)</sup>. Iudices enim nostri non amplius, vt praetores, ius nouum flatuere possunt, nec partibus hodie licentia, ius nouum impetrandi, competit<sup>127)</sup>. Saltem non eam retorsionem, de qua mihi sermo est, ex illo Praetoris edicto demonstratam habemus<sup>128)</sup>. Hoc enim non, nisi iuris iniqui retorsionem probat, l. 3. pr. D. Quod quisque iuris etc., quod tamen iure nostro non plane respicitur. Nec dubium moueri poterit ex ipsis verbis Const. 38. p. III. quibus ius retorsionis restrictiue tantum concessum esse vide-

tur,

125) Eck v. Abschöß und Nachsteuer Th. I. Cap. XVI. obs. 6.

126) Hartm. Pistor. Obs. 63. Struv. de vind. priv. c. II. n. 1. Stryk d. iute retors. c. I. n. 24. Huber prael. h. tit.

127) Beyer posit. ad ff. h. tit. Tizius ad Lauterb. obs. 41.

128) Strubben rechtl. Bedens. Th. V. Obs. 47.

tur, si nempe utilitas suadeat et aequitas<sup>129)</sup>, quo magis in commerciis et negotiis ciuilibus aequalitas conseruetur. Nec per verba huius legis sequentia: Wenn eine Stadt solch unbillig Recht im Gebrauch hätte sc. retorquendi facultas eo saltem casu indulta videtur, si de reprimenda iuris exorbitantis iniuitate sermo fit<sup>130)</sup>. In illis enim verbis diuersa passim alterius ciuitatis iura ciuibus illis retribuere plane interdictum non est, quia ciuibus nostris sunt molesta, eti iniqua non sint. In his vero, quibus legislator iuris mentionem fecit iniqui, retorsionis potius notati sunt fines, quibus exercitium illius non habeat locum. Quapropter non displicet sententia<sup>131)</sup>, ex qua inter retorsionem iuris iniqui et iuris, quod non quidem iniquum, verum tamen molestum, sive inaequale fit, distinguere videoas. Illa ex iure belli dimanat, haec autem ex fonte legislatoria potestatis, qua princeps in legibus suis duriorem peregrinorum, quam subditorum conditionem reddere potest. Quid? quod ne iniquitas quidem elucet, praesertim si de transmissione hereditatis aut de gabellae detractione quaestio est, et in eo, quod ciuibus nostris molestiam vel omnino inaequalitatem parit, talioni locus datur, atque par pari refertur. Praeterea omnes adeo peregrinos tamdiu, quam intra fines territorii agunt, et hic bona ex successione acquirunt, haud dubie pro temporariis ciuibus habendos et sic nostris consuetudinibus adstrictos esse, vix illus dubitarit.

### §. XXXV.

Quibus praemissis vtique patet, magistratum Saxonicum fines iuris et aequitatis non infringere, si candem gabellae summam exposcat, quae in illo territorio, quo bona Saxonica deseruntur, visitata est, et de bonis in nostri principis territoriorum transportatis ab exteris plerumque detrahi solet. Id, quod non minus verum est, etiam si magistratus Saxonius non tantam gabellae summam, quantum extraneus dominus poscit, sed forte minorem, legitima praeescriptione et possessione in sua iurisdictione introduxerit. Neque tamen retorsioni, quae inuicem a dominis territorialibus exercetur, tanta vis inest, ut singula magistratum iura imminuere valeat. Quae res ex casu proponendo clarior elucescat. Notum est, in Saxonia plerumque decimam partem a bonis extra territoriorum delatis, loco gabellae frequentari, nisi singulares, admodum tamen rariores, consuetudines forte existant. Iam singamus,

129) Carpzov resp. L. VI. T. IV. resp. 37.

130) Rechenberg ad const. laud.

131) Bauer opus. Acad. IX.

mus, magistratum quandam ex iure detractus quaeſito vicesimam tantum partem de bonis transferendis in regula, decimam vero vel maiorem extra ordinem, nimirum eo faltem caſu poſcere poſſe, quo magistratus exterius eandem quotam, gabellae loco, detrahēre confueuerit.

Tunc haud dubie ius retorsioneſ locum habebit et gabella ſecundum conſuetudinem in extera regione receptam determinanda erit. Ita rem plane decifam habemus per Reſcriptum Serenissimi sub 7. Sept. 1787. Senatui Weifſenſeensi transiſſum, in Mantissa documentorum sub N. XVI. adiectum. In eo enim permifſum, ut Senatus vicesimam legitima conſuetudine introductam partem, vel eandem quotam, quae Aalburgi in vſu eſſet, dummodo illam vicesimam ſuperaret, de hereditate illic transferenda detrahēret. Quaeritur autem, an magistratus Saxoniae de iure hoc ſuo quaeſito aliquid remittere debeat, ſi in illo loco extero non tanta gabellae ſumma, ſed minor forte quadragesima vel quinquagesima hereditatis pars conſuetudine recepta fit? Et reſte negandum putarim, quia maiorem ſummam magistratus non retorſionis, ſed proprio iure exigit.


### §. XXXVI.

Quemadmodum vero ex regulis de retorsione ſtabilitis ſatis appetat, has pro diuerſitate locorum et conſuetudinum longe diuerſas eſſe poſſe, ita etiam ſedulo cauendum, ne modum excedat magistratus et ſic nouae eique grauiori retorsioni occaſionem et fundamentum ipfe ſubſtruat. Solet ideo prouidentiſſimus ad auertendum in futurum a ciuibis periculum pater patriae, Elector Saxoniae, magistratibus, qui forte quartam aut tertiam partem gabellae nomine detrahere contendant, vix vnuquam tantam concedere detractionis quotam, niſi conſuetudo singularis erga hunc vel illum locum exterum ſpecialem clariſſime doceatur. Id, quod perraro continget, et in Saxonia, ſi quaedam loca in circulo Elektorali proprieſ ſic dicto (Chr. Creß) ſita excipias, vix illus locus eſt, cuius iura detracitus ad quartam hereditatis partem ſeſe extendant, vel omnino decimam ſuperent. Haec enim decima in Saxonia erga exteris regiones plerumque viget, adeo, ut in dubio praefumatur, donec alia ſumma, quae forte illic in vſu eſt, ſatis demonſtretur. Aliter vero res ſe habet, cum detracitum iure retorsioneſ exigamus; quo nimirum caſu princeps magnam etiam ſummam detrahere permittit, vti nuper per Reſcriptum f. d. 6. Iul. 1784. Senatui Zwickauensi datum, ob singulari conſuetudinem, quae in terris Brunsvicensibus Electoralibus valet, his verbis ſaſtum eſt, daß die nach

nach Braunschweig kommen ab Gelber, gegen Entrichtung des daselbst gewöhnlichen Ab-  
schusses an 33½ pro Cent. verabfolget werden mögen. Quid? quod, etiam si magi-  
stratus cum subditis suis de detractu forte transtegerit, ut horum bona, quan-  
do extra iurisdictionem vel provinciam deferrentur, a detractu libera essent,  
tamen eiusmodi pactum non omnem respuit exceptionem, si quando gabella  
non ex legitima praescriptione et probata consuetudine, sed ex solo retorsio-  
nis iure exigatur. Sic fieri potest, ut filia extero forte nubens de dote a patre  
per ultimam voluntatem relicta gabellam soluere debeat, licet pater in pacto  
cum magistratu de detractu inito dotem futuram nominatim exceperit et sic  
immunitatem illi attribuerit. Quae quidem vi transactus libera mansisset, si  
magistratus eius loci, sub quo maritus filiae praedictae degit, gabellam a ciu-  
ibus illius loci, quo pater huius filiae viuit, non exegisset. Nunc autem,  
cum extraneus dominus iura detractus nostris ciibus admodum molesta exer-  
cuerit, pactum inter magistratum Saxonum et huius subditos initum illum im-  
pedire non potest, quo minus par pari referat, vel potius territorii iuribus, pro  
quorum vindicatione retorsio, auctoritate principis, a magistratu contra alius  
territorii magistratum exercetur, obesse non potest. Sufficit, si hic, praeter  
retorsionem, non ex alio titulo aduersus transactionem aliquid moliatur;  
hance alias bene seruans. Non desunt casus, quibus eluet, ipsum Regimen  
Dresdense retorsionis exercitium permisisse, non obstante transactione de  
immunitate a detractu inter magistratum et ciues eius sub auspicio ipsius re-  
giminis adeo inita. Quod patet ex responsionibus iudicio Ostrauenſi sub  
8. Ian. 1754. et 22. April. 1756. datis, cum dos a patre subdito profecta in  
terras Anhaltinas, iura detractus strenue exerceentes, delata, exactio gabellae  
vero illi iudicio nequam denegata fuerit, quamlibet filia dotei transfe-  
rens, pro immunitate consequenda, saepius ad illam transactionem pro-  
uocasset.

### §. XXXVII.

Quantum igitur vel a rigore vel a facilitate et humanitate exterorum ma-  
gistratum in exigenda vel remittenda gabella pendeat, ex ante dictis fatis  
superque perspici potest. Et Electoratum Saxoniae si respicias rem multifariam  
in utramque partem iam decifam habes. Sic enim princeps Serenissi-  
mus aduersus illas prouincias, quibus gabella absque villa restrictione vel limi-  
tatione detrahitur, non solum eundem permittit rigorem eiusdemque iuris  
iniqui applicationem quoquis simili casu iubet, sed etiam magistratibus, etiam si



iure detractus legitimā consuetudine introducto non gaudeant, sēn rechtmäßig  
hergebrachtes Besuṇnis haben, ad eorum relationes nihilominus iussum dare con-  
fueuit, vt gabellam secundum eandem rationem, qua dominus exterus  
in casu inuerso vſiſ fuerit, de bonis sub huius iurisdictionem delatis  
exigant. Quapropter nostris saltē moribus non plane accomodata videtur  
sententia eorum<sup>132)</sup>, qui retorsionem tum denegant ciuitatibus, cum haec  
iura detractus non in vſu habeant. Et recte iam ab aliis refutatam habes hanc  
opinionem<sup>133)</sup>. E contrario princeps non permittit, vt iura detractū ad-  
uersus illas ciuitates exerceantur et prouincias, quae gabellam nostram plane  
ignorant. Exemplum praefat Anglia, vbi detractus in vſu non est; Saepius  
enim fieri memini, bona ex Saxonia in Anglicas terras absque vlla gabella de-  
lata, sola hac ratione supposita, quia in illis omnis bonorum translatio immu-  
nis procedat.

### §. XXXVIII.

Inter eas autem res, quae hereditati saepius insunt, et quarum cauſa  
potissimum ad consuetudinem locorum exterorum respiciendum est, res  
vtenſiles et expeditoriae p̄a ceteris recenseri merentur<sup>134)</sup>. Quae, licet in  
Saxonia ad praecipua pertineant iura et singulari transferantur successionis  
modo, in aliis tamen prouinciis Germaniae vel plane non in vſu sunt, vel  
iure longe a nostris moribus diuerio iudicantur<sup>135)</sup>. Quemadmodum igitur  
obueniente casu ante omnia peregrina inuestiganda veniunt iura, ita etiam,  
praeprimis quoad res vtenſiles, duo potiores casus ad rem facilius dijudican-  
dam et enodandas quaestiones sunt distinguendi. AVT enim in illa prouin-  
cia, qua heres geradica viuit, res vtenſiles non quidem plane ignorantur, sed  
tantum pauciores forte species comprehendunt. AVT vſus geradae ibidem  
plane ignoratur, et successio in species illas, quae apud nos Gerada audit,  
consueto successionis modo, vti in alias res mere hereditarias, fieri solet.  
In illo casu res facilius procedit, quoniam res vtenſiles in vtraque prouincia  
adſunt. In hoc autem, vera harum conditione mutata, paulo difficultiores  
iudicatu quaestiones obueniunt et omnis res, insimul ex regulis, quae re-  
spectu

<sup>132)</sup> Knipschild de ciuit. Imp. L II. c. 20. N. 16. 17.

<sup>133)</sup> Ziegler dicast. concil. XV. ſ. 32.

<sup>134)</sup> Richter p. III. decif. 140. n. 8.

<sup>135)</sup> Barth Ber. von der Gerade. Born de Gerada. Hofmanns ausführliche Beschreibung  
von der Gerade.

spectu successionis in res hereditarias normam suppeditant, diiudicanda esse videtur. In illo difficultas per litteras reuersales tolli plerumque potest, si nempe magistratus extraneus, se easdem res, quae secundum consuetudines Saxonicas nomine geradae insigniuntur<sup>136)</sup>, etiam in has terras, casu eueniente, transferri permisurum esse, se obstringit. In hoc autem res vtenfiles adeo nostris ciuibus, licet sint masculi, tanquam pars hereditatis, attribui potest. ILLVM casum facilime ex re iam iudicata perspicere possumus, puta rescripto Regiminis supremi Senatui Geitheynensi sub 7. Dec. 1750. dato, quo transmissionem rerum geradicarum in terras Altenburgicas, vbi non tot species rerum vtenfiliū in vsu sunt, quam in Electoratu Sax. permisam habemus, hac addita tamen conditione, vt reuersales ad easdem res, quae fora nostra vocent vtenfiles, speciatim directae traderentur. HOC autem casu respectu exterorum heredum qualitas geradilis omnino cessat. ILLVM plane dimitto, HVNC autem vberiore meditatione dignum puto.

### §. XXXIX.


Iam ex plurimorum Dd. sententia<sup>137)</sup> duae in primis quaestiones resoluendae sunt. VNA, si defuncta saxonica v. c. sororem vnicam in alia provincia eamque heredem ex ase relinquat, vbi gerada ignoratur; ALTERA si eandem cum alia sorore in Saxonia habitante, vtramque igitur heredem ex semisse relinquat. PRIORI casu soror extranea sola heres ex ase relieta accipit totam geradam. Nec ius retorsionis locum habet, cum externa simul proxima heres ab intestato vel ex testamento sit, siquidem tunc geradam non sub hac qualitate, sed tanquam partem accipiat hereditatis<sup>138)</sup>. In ALTERA vero specie, si nimirum defuncta Sax. praeter sororem extraneam simul sororem, quin etiam fratrem forte vel plures in Saxonia heredes relinquat, successio ita fit, vt extranea partem virilem omnium bonorum, inclusa gerada, frater Saxonius si adsit, aequo talem, deducta gerada, soror Saxonica autem, praeter virilem omnium bonorum partem, insuper tertiam partem geradae fratri deductam accipiat, adeo, vt retorsionis regulae simul applicari possint<sup>139)</sup>. Et hodie nullum dubium remanet, quin detracatio gabellae ex tali successionis modo diiudicanda sit, dummodo extranea heres non gradu cognationis sit

136) Hommel Rhaps. obl. 438.

137) Hommel Rhaps. obl. 311. Richter P. III. decisi. 140. N. 24.

138) Menke Pand. Lib. II. Tit. 2. §. 2.

139) Berger Occ. L. II. T. IV. th. 40. N. 19.



remotiori, quam heredes in Saxonia habitantes cum defuncta coniuncti sunt. Omnis enim res ex principio ad iussum Serenissimi d. a. 1777. stabilito diuidicanda est. Hoc nimurum regulari aequitati et legibus anterioribus quam maxime consentaneam firmat, vt gerada ex Saxonia in alias prouincias, e quibus tanquam pars hereditatis defertur, in eadem qualitate etiam transmittatur. Quibus praemisis per se patet, omnia quidem ex regulis de retorsione positis diuidicanda, diuisiōne geradae vero non semper ad exempla sub initio huius ſphi prolatā determinandam eſſe. Casus nemipe exiſtere potest, quo defuncta femina Saxonica maritum, et fratrem in Saxonia habitantes simulque fororis filiam extra Saxoniam comminorantēm relinquit. Haec, si in Saxonia habitaeret, haud dubie faltem res vtenfiles defunctae acciperet, et iamſi in reliquas hereditatis partes succedere non posset, quoniam defunctae maritus et frater, niſi hi forte clerici fint, regulariter a ſucceſſione in geradam excluduntur. Pari modo haec fororis filia, si defuncta cum ea idem domicilium extra Saxoniam habuifset, et illic res vtenfiles, tanquam partem hereditatis allodialis reliquifset, iure faltem repreaſentationis, dummodo hoc ibi vigeret, res vtenfiles pro rata cum defunctae marito et fratre ſimul perceptu- ra fuifset.

#### §. XL.

Ex allegato autem principio Sax. gerada relictā conſideranda eſt tanquam pars hereditatis ex regula nempe retorsionis, quia in illo loco, quo fororis filia habitat, res omnes in Saxonia ad geradam relatae ad communem hereditatem referuntur. Quae cum ita fint, hae res etiam in foro Saxonico eo ipſo qualitatē geradicam amittunt, si nempe femina Saxonica, ad quam res vtenfiles forte venire poſſent, vere deficit. Et inde ſucceſſio fit, vti in alias res hereditarias ſimpliciter tales, adeo, vt heredes ab intestato, etiamſi fint masculi, remotiorem excludant extraneam. Quin imo ſequi ex eodem purarim principio, feminam Saxoniam, quoad eiusmodi partem geradae, quae ad exteram huius filiam vel fororem regulariter deferretur, vti in aliis rebus allodialibus mortis cauſa disponere poſſe, adeo, vt huic ſatis eſſe debeat, dummodo non in legitima omnium bonorum laſfa fuerit. Caeterum vero res non mutatur, si defuncta femina praeter res vtenfiles nullum allodium reliquerit. Nonnulli quidem principium illud Saxoniam de eo ſolum caſu, ſi vtraeque, vtenfiles et aliae res, ſimul in hereditate fint, intelligunt, et ita rem ex verbiſ clementiſſimi Reſcripti, wenn die Gerade unter dem Erbe verabfolgt wird,

wid, interpretantur. Sed a me impetrare non possum, ut in illorum partes discedam, nec mentem principis Serenissimi ad illam opinionem referendam esse, existimauerim. Eadem enim ratio adest, quam legislator Saxonicus haud dubie ante oculos habuit, siue sola transmittatur gerada, siue inter alia bona. Inde dispositio vtroque casu sancta manebit, nec interpretatio strictiua, angustior legis ratione, admittenda videtur.

§. XLI.

Illustrius autem occurrit dubium ex parte fisci in dictis casibus, praesertim si heres geradica Saxonica non adest. Ille nimurum, non omni destituto argumento, res vtensiles tanquam bona vacantia sibi vindicare potest<sup>140)</sup>, nec partes foecundiores facile amittit<sup>141)</sup>). Certo respectu largior. Sed, quis, quaeſo, bonum vacans existimare posset, cuius qualitatem ipſe Serenissimus, etiamſi quodammodo mutarit, tamen non plane ſuſtulit. Manet enim hereditas, eti non amplius geradae naturam retineat; manet ſuccēſſio tamdiu, quamdiu heredes exiſtunt, eti feminae non ſint, ſiue geradae capaces. Obſlare quidem videtur, quod ius accreſcendi non amplius locum habeat, si heres geradica Saxonica deficit, et extera heres per proximorem heredem indigenam excludatur, nimis remota videatur. Obiiciunt etiam, veram geradae naturam tantum eo caſu mutari, cum haec reuera ſub hereditatis nomine exportatur, non autem, si heres extranea remotior a masculis Saxonis arctioris cognitionis vinculo coniunctis ab hereditate excludatur. Tunc enim deum exſtiturum eſſe bonum vacans, si vere exporetur; tune pro parte hereditatis habendam et iure eiusdem cendendam fuſſe. Sed quicquid diſputent, geradae natura eo ipſo momento mutari videtur, quo perſona concurrit, quaec domicilium in alia ciuitate, geradam tanquam partem hereditatis conſiderante, conſtituit, licet haec perſona a proximoribus heredibus, etiam masculis in Saxonia domicilium coletibus, excludatur. Re autem ſemel mutata haec ad priftinum flatum, geradilem puta, redire non potest. Manet hereditas, cuius ſucceſſores in Saxonia extant, et exiſtentibus heredibus bonum vacans adefſe non potest. Interim tamen omnis res ex regulis de retorſione datis, tanquam baſi in hac doctrina, interpretanda videtur. Finge igitur, exteram ciuitatem, quā rerum vtensiliū qualitas et singularis conditio, vti apud nos, in viſu eſt, geradam in

H 3.

terras

<sup>140)</sup> Gaii. L. II. obſ. 152. N. 9.

<sup>141)</sup> Boehmer Introd. in ius Dig. XXXVIII. 18. 22. Berger Oec. L. II. Tit. IV. th. 46.

terras Saxoniae, deficiente herede gerdae capacē, non transmittere, sed fisco tribuere; tunc ciuitas Saxonica idem retorquere valet. Et ita intelligenda et applicanda est const. d. 38. p. III. ob verba: Und es ist dennoch nicht umbillig, vsque ad verba: nicht folgen lassen. Cum e contrario in extera ciuitate res vtenfles ignorantur et sub aliis bonis hereditariis comprehensa heredi legitimo vel testamentario relinquentur, tunc secundum eandem constitutionem, ad seruandam aqualem vbius rationem, reciprocum non denegandum est. Qua in re legem saxoniam etiam his verbis: daß unter andern auch Gerade & enenjenigen, welchen sie ic. item, es seynb dieselben anderswo, da man sich solchen iuris inqui nicht gebrauchet, gesessen, consentaneam habes. Accedit, restorationem ex ipsa hac dispositione non ita exercendam esse, ut res vtenfles et hereditariae magistratui tribuantur, sed illum, ad quem iure successionis communis pertinent, sequi. Evidem ipsum fiscum Electoralem Saxonum hereditibus ab intestato, licet masculis, successionem in geradam a ciue Saxonica reliquam, non denegare memini, cum heres extranea geradica remotor gradu et sic excludenda erat. Haec nimirum tum, cum geradam hanc tanquam proxima cognata peteret, domicilium in ciuitate Magdeburgica habuit, in qua gerada in vſu non est, sed inter alias res hereditarias successione ordinaria desertur. Quapropter Regimen Dresdense ante omnia quaeſuit a praefecto Iütterbensi, quinam heredes defunctae propinquiores vere exiſtent? Et cum hic, maritum et duos filios defunctae heredes proximos ab intestato vere adesse et in eadem praefectura, qua defuncta vixerit, adhuc habitare, caeteraque bona vere hereditaria ab ea relicta iam occupasse, in relatione ad principem facta testatus fuisset; Regimen laudatum sub d. 21. Iul. 1790. praefecto referipit, his tribus hereditibus ab intestato succedentibus res vtenfles inter ceteras res hereditarias relinquendas esse. Id quod apparet ex Copia infra sub N. XVII. in Mantissa documentorum inserta.

### §. XLII.

Hoc iure circa res vtenfles vtimur. Alia vero quæſio mouetur, quoad res expeditorias, num eadem principia præualere et applicari possint? Si ad origines Heergevverte ascendere et inde petere decisionis argumenta velimus, paulo grauiore prememur difficultate. Constat enim, omnes olim ingenuos ad militiam subiungendam obligatos, filias autem militiae incapaces fuisse<sup>142)</sup>. Deinde notum

<sup>142)</sup> de Selchov Elem. iur. Germ. §. 651. Kaeftner de equo ad res exped. pertin. de Gundling de Henrico aucep.

notum est, solos filios in feuda et bona allodialia immobilia successisse I. P. S. Lib. I. art. 17. et 22. et haec sicuti praedia belli iure occupata hac conditione, ut stipendia mererent, sibi solos et exclusis omnino feminis et ob eandem rationem instrumenta quoque belli necessaria, arma omnia ac vestitum ad filios solos pertinuisse <sup>143)</sup>. Etsi vero iam ex antiquissima hac consuetudine ratio elucescere videtur, cur filiae ab omni reliqua hereditate exclusae, in compensationem quasi, res vtenstiles vicissim solae, exclusis masculis, acceperint, nulla tamen aequalitas aut similitudo vel in modo succedendi, vel in re ipsa hodie supereft. Remanerunt enim iura vtriusque, geradæ nimirum et heergewettae, plane diuersa et singularia, quae neutiquam pari passu ambulant. Quod, praeter alias differentias, ex rusticorum iure successionis videoas, secundum quod rusticus in regula res expeditorias non relinquit, rustica vero femina res vtenstiles vtique et habet et ad heredes transmittit. Nec paritas inter vtrasperque seruatur, quamvis natura rerum expeditoriarum, cessante obligatione ad militiam, longe mutata fuerit. Etenim amplius ille rerum vtenstilium catalogus contrarium demonstrat, cum Heergeveta ad paruum reductum sit specierum numerum <sup>144)</sup>. Nihilominus tamen non omnis similitudo plane sublata, nec compensationis ratio in totum responda videtur <sup>145)</sup>. Ita clericus, a successione in res expeditorias exclusus, certa restrictione geradam quasi in compensationem rerum expeditoriarum percipit. Et vtraeque res, licet admodum diuersae, ratione iuris exigendi et praecriptionis maxime inter se conueniunt <sup>146)</sup>. Imo singularis successio e diametro quidem altera alteri opposita, aequalitatis saltem ex parte seruandæ causâ introducta esse videtur <sup>147)</sup>. Quid? quod prae sumptionis argumentum ab una consuetudine ad alteram deriuatum haud parum ad rem facit, cum plerique <sup>148)</sup> geradam in hoc vel illo loco receptam existimat, simulac Heergeveta in vsu sit, et sic vice versa iudicare soleant. Ipsum Regimen Dresdense eiusmodi prae sumptioni non omnem vim denegat. Nec facile fuerit ciuitas, in qua una harum consuetudinum absque altera hodie recepta sit.

### §. XLIII.

<sup>143)</sup> Tacit. d. mor. Germ. c. 32. Hommel Rhaps. obs. 370. Seruui de Heergevett. Sax. Heinicus el. iur. Germ. L. II. §. 224.

<sup>144)</sup> Hommel Pertinenz- und Erbsender-Register.

<sup>145)</sup> de Selchov I. cit.

<sup>146)</sup> Barth I. c. cap. VIII. §. 20.

<sup>147)</sup> Schott Inst. iur. Sax. L. II. c. 3. §. 6.

<sup>148)</sup> Carpzov Rep. i. L. I. T. IX. resp. 96. N. 21.

## §. XLIII.

Quapropter non video, quare easdem regulas, quae in exportatione rerum utensilium semel receptae sunt, non etiam intuitu rerum expeditiorum applicare possumus. Eo minus dubium remanet, quo magis hic non de vtrarumque origine et amplitudine, sed potius de successione exterorum, et de gabella hereditaria soluenda sermo est. In primis autem illud aequitati et legibus anterioribus consentaneum principium §. XXXIX. de Gerada notatum omni ex parte rebus expeditiorum etiam conuenire videtur, ut si hae in exteris regionibus ad partes hereditatis referantur et tanquam allodium exportari permittantur, pari modo ex nostris ciuitatibus eas hereditatis titulo concedamus transferri. Saltem principis clementissimi mentem in stabilendo illo principio etiam ad res expeditorias speq[ue]t, ob paritatem rationis vix dubitauerim. Id quod magis magisque persuasum esse potest omnibus, cum Regimen Dresdensc illustrissimum ex hac interpretatione iudicare soleat. Patet hoc ex Scripto praefectis Dresdensibus sub 15. Dec. 1785. dato, cuius copiam in Mansilla sub No. XVIII. habebis. Permisit nimis laudatum regimen in eo, ut res expeditoriae tanquam partes hereditatis allodialis Rendsburgum deferrentur, dummodo heredes exteri fidem facerent, Heergevettam illic in vsu non esse, sed eas res, quae apud nos sub hoc nomine audiunt, inter caeteras res hereditarias (unter dem Erbe) referri et connunerari.

## §. XLIV.

Omnis tamen huius doctrinae applicatio cessat, si res utensiles et expeditoriae, viuente adhuc possessore, extraneo cuidam inter viuos acquisitae et sive venditiae sive donatae sint. Amittunt enim illae, simulac ex domino possessoris transeant, etiamsi hic ad dies vitae usum fructum sibi reseruarit, naturam et qualitatem, quam antea habuerunt. Et ne fisco quidem actio competit, si femina Saxonica, deficiente herede geradica, res utensiles extraneo cuidam vendiderit, et paulo post e vita discesserit. Quamuis enim illi, non existente hac venditione, gerada tamquam bonum vacans attribuenda fuisset, tamen, quoniam haec non amplius in potestate defunctorae fuit, et naturam geradae iam hac viuente amisit, successio fisci plane cessat. Nec eo casu distinguendum est, vtrum res utensiles vel expeditoriae in illo loco, quo emtor harum rerum vitam degit, eodem modo, vt apud nos, in vsu sint, aut tanquam aliae partes hereditatis deferantur. Illae enim tunc non amplius pro singularis et sibi propriae successionis iure, nec omnino ex regulis successionis communis diiudicari possunt, sed secundum regulas, quae in contractibus inter viuos seruantur, tractandae videntur. Ex his igitur

igitur etiam gabella determinanda est. Quia in re tamen, num detractio secundum pretium emtionis tanquam surrogatum, vel secundum verum rerum venditorum valorem instituenda sit, plurimum a consuetudine locorum, et ab aequitate detraictum exercentis pendet. Saltem cum, qui iure detraictus gaudet, gabellam ex vero pretio rei venditae vel per artis peritos intercedente taxatione indicando, poscere posse, vix illius dubitarit. Quod aequitati eo magis consentaneum videatur, quo saepius res viles infra iustum pretium vendi solent, et quo minus secundum decisionem Elect. Nouiss. 18. d. a. 1746<sup>149)</sup>. eiusmodi contractus ob laesionem ultra dimidium rescindi possunt.

Ordo nunc ad diuersam dicit locorum rationem, si status pacitius adsit et quaestio de litteris exhibendis reuersalibus moueat. Quoniam vero temporis et instituti ratio iam vberiorem earundem tradationem non permittit, hanc ut quartam libelli sectionem, simulac mihi differendi occasio existet, in scriptis delineare curabo.

149) Cod. Aug. Cont. T. I. p. 354.

No. XII.

§. XXII. Wir haben mit Ihro des jetzt regierenden Herrn Herzogs zu Sachsen-Weimar Lbdl. über die Aufhebung des Abschusses zwischen Unfern und den dörftigen Fürstlichen Landen bereits im Jahre 1786. eine Convention dergestalt geschlossen, daß dergleichen Abschuss- oder Abzugsgeld, in Ansehung sämtlich beyderseitigen Landes-Eingefessenen und Unterthanen adelichen und bürgerlichen Standes, in allen denen Fällen, da das Abzugs-Geld zeithero in die Landesherrl. Gassen geflossen, fürohin reciproce gänzlich aufgehoben werden.

Wobey jedoch denjenigen Patrimonial-Obrigkeiten, denen ein gegründetes Befugniß, von denen aus ihrer Gerichtsbarkeit zu verabfolgenden Erbschaften und andern Vermögen Abzugs-Geld zu fordern und zu erheben zustehet, sothanes Befugniß, daßern sie nicht etwa in einzelnen Fällen obrigkeitliche Reverſalien de obſervando reciproco annehmen wollen, fernerhin ohne Einfchränkung auszuüben, unbenommen geblieben, zugleich aber festgestellt worden, daß denjenigen, welche dergleichen Befugnisse zu Erhebung des Abzugs-Geldes rechtsbeständigerweise nicht hergebracht haben, sich dessen, unter dem Vorwande der Retorsion, anzumaßen nicht gestattet werden soll.

Gleichwie es aber demungeachtet bey der durch das Generale vom 9. Jul. 1743. angeordneten Berichts-Erfstattung in solchen Fällen, da die außerhalb Landes gehenden Erbantheile über 100 rthlr. betragen, ingleichen bey demjenigen, was mittelst unsrer General-Verordnung vom 6. Jul. 1790. in Ansehung derer in auswärtigen Orten für pias cauſas oder sonst gefordert werdenenden zu dem eigentlich dem Fifco zufliessenden Abscholle nicht gehörigen Abgaben, von Uns verfüget worden, sein unveränderliches Bewenden hat; Also ist auch die in ermeldetem Generali vom 9. Jul. 1743. ertheilte Vorschrift, daß in Fällen, wo das zuverabfolgende Vermögen nicht über 100 rthlr. beträgt, alles ex officio expediret, und von den Interessenten diesfalls einige Unkosten nicht gefordert werden sollen, allenthalben auf das genaueste zu beobachten. Wir lassen (euch) (dir) solches alles hierdurch unverhalten seyn, mit dem Begehrn (ihr w.) (d. w.) nicht nur (e., d.) Orts (euch) (dich) darnach gebührend achten, sondern auch an sämtliche einbezirkte Schrift-

Schrift- und Amtssagige Gerichts-Obrigkeit das Erforderliche, resp. Kraft  
Dieses und sonst gewöhnlicher massen ohngezäumt verfügen.

Daran etc. Datum Dresden, den 9. Febr. 1792.

Generale  
an sämtliche Beamten im Chur-  
fürstenthum Sachsen.

### No. XIII.

§. XXII. L. g. Was ihr wegen des verstorbenen Kaufmanns und Raths-Verwandtens  
bey euch, Caspar Gotthilf Cramers, auf dessen Bruder und Intestat-Erben,  
dem Canzler, Dr. Johann Andreas Cramer zu Kiel gehenden Verlassenschaft,  
unterm 9ten August s. i. pt. unterthänigst angezeigt und des etwanigen Ab-  
schoffes halber anbey zu Unfrer Entchließung gebracht, folches ist Uns  
geziemend vorgetragen worden.

Nachdem Wir nun geschehen lassen können, daß gedachter Nachlass  
nach Kiel gegen einflellige Innelassung eines Quanti von 10 p. Cent bis zu  
Unfrer disfallsgen weiteren Entchließung verabfolget werden möge;


Als ist hierdurch Unfrer Begehrén, ihr wollet in dessen Gemässheit das  
Weitere veranstalten, demnächst aber, da das Abschofs-Recht zwischen hie-  
sigen und denen Königl. Dänischen Landen unter andern, in so weit es per  
modum retorsionis ausgeübt worden, durch wechselseitige Conventionen  
aufgehoben ist, Uns darüber, ob ihr von dem aus eurer Gerichtsbarkeit,  
außerhalb Landes gehenden Vermögen auch extra casum retorsionis Abschofs  
zu erheben berechtigt seyd, mit Beyfügung einiger sothanes Besugniß  
erweiternder Fälle, euren anderweiten Bericht gehorjamst erflatten.

Daran etc. Datum Dresden, den 12. Febr. 1787.

An  
den Rath zu Oschatz.

### No. XIV.

§. XXIV. L. g. Uns ist geziemend vorgetragen worden, was ihr, in Sachen, Char-  
lotten Sophien, verwitbet gewesenen von Pöllnitz Verlassenschaft, und den  
von der Universal-Erbin, der zu Christiania in Jättland sich aufhaltenden  
Eleono-



Eleonoren Charlotten Christinen von Seydewitz disfalls zu fordern den Abschöss betreffend, mit Einsendung zurückfolgender 3 St. Act. unterm 5. May ai curr. unterthänigst einberichtet.

Wie nun in der Sache auf die Sicherstellung derer Legatariorum, in so ferne selbige nicht bereits befriediget, gehöriger Bedacht zu nehmen ist;

Also können Wir hiernächst geschehen lassen, daß obenannter von Seydewitz derjenige Theil von gedachter Verlassenschaft, welcher nach Abzug derer von ihr zu bezahlenden Legatorum, Passivorum und Unkosten, übrig bleibt, als den Nachlaß einer adelichen Person abschoßfrey verabfolget und deme gemäss das Weitere verfüget werden möge.

Daferne aber eure Gerichts-Obrigkeit ein Befugniß, Abzugs-Geld zu fordern, rechtsbeständigerweise hergebracht, und dieselbe, mehrrefigte von Seydewitz mit Entrichtung des Abschösses gegen Anschaffung verbindlicher obrigkeitlicher Reversalien, zu verschonen, nicht gemeynet ist;

So habt ihr deshalb zuförderst euern anderweiten Bericht cum Actis gehörsamst zu erstatten; auch solchenfalls zugleich, worauf sothanes Befugniß sich gründe, und ob das von der Defuncta in Besitz gehabte Haus bereits verkauft sey, ingleichen ob eure Gerichtsherrschafft das Abzugsgeld auch von dem Mobilair-Nachlaß zu fordern, sich berechtigt halte? mit anzueigen.

Mochtens etc. und etc. Datum Dresden, den 5. Decbr. 1783.

An  
die Fürstl. Hohenlohisch. Gerichte  
zu Oppurg.

## No. XV.

§.XXVIII L. g. Uns ist aus dem zu Unserm Cammer-Collegio von dem vormaligen Amtmann Otto zu Zörbig, nebst Beyfügung zurückfolgender Acten sub W. No. 122. unterm 21. May ai curr. erstatteten unterthänigsten Berichte geziemend vorgetragen worden; welche gestalt derselbe auf Beytreibung des Abschösses von 900 Mfl. Erbe-Geldern, welche Johann Caspar Werner zu Hünnsdorf an seine Schwester Dorotheen Christinen verehlichte Müllerin zu Cölsitz im Anhalt-Cöthnischen, theils bereits bezahlt, theils noch zu bezahlen hätte, angetragen, und zugleich, ob nicht beyde, wegen einer, dem Anscheine nach, intendirten Defraudation, zu bestrafen seyn möchten? anheim gegeben:

Nun

Nun sind Wir zwar ermordeten Werner und die Müllerin dieserhalb mit Strafe anzusehen zu lassen, nicht gemeynet, begehrn aber hierdurch, du wollest von denen an die Müllerin bereits verabsolgten 650 Mfl. Erbegeldern den gewöhnlichen Abschöss an 10 p. Cent einbringen, und hiernächst Werner, dass er, ohne des Amtes Vorbewusst, den Ueberrest von 250 Mfl. auszuzahlen sich enthalten solle, bey nahmhafter Strafe, bedeuten.

Mochtens etc. und etc. Datum Dresden, den 8. Novbr. 1774.

An  
den Amtsverweiser  
zu Zörbig.

### No. XVI.

§. XXXV. L. g. Wir können auf euren unterm 24. mens. præt. nebst zurückfolgenden Actis erstatteten Bericht geschehen lassen, dass die aus eurem Orte an den in Königl. Dänischen Kriegs Diensten zu Aalburg sich befindenden Johann Christoph Müller gehende väterliche Erb-Portion, gegen Entrichtung des bey euch gewöhnlichen Abschusses an 5 pro Cent, oder aber den zu Aalburg hergebrachten, in so ferne letzterer ein mehreres beträget, dahin verabsolget werde und ist hierdurch Unser Begehrn, ihr wollest in dessen Gemäßheit das Weitere veranstalten.

Mochtens etc. und etc. Datum Dresden, den 7. Septbr. 1787.

An  
den Rath zu Weissenfels.


### No. XVII.

§. XLI. L. g. Wir können auf deinen unterhängigsten Bericht vom 16ten Februar ai. curr. geschehen lassen, dass die von der in der Vorstadt Neumark zu Jüterbogk verstorbenen Annen Elisabeth Brummin aus Bocha hinterlassene Gerade ihren nachgelassenen drey Intestat-Erben, Gottfried Brummen und Conforten, unter dem gemeinen Erbe mit verabsolget werde und ist hierdurch Unser Begehrn, du wollest deine gemäß das Weitere verfügen.

Mochtens etc. und etc. Datum Dresden, den 21. Jul. 1790.

An  
den Beamten zu  
Jüterbogk.

### No. XVIII.



## No. XVIII.

**§ XLIII. R. i. g.** Wir wollen, auf eure sub datis den 22. Septbr. a. c. und 9. hujus erstattete unterthänigste Berichte, nunmehr geschehen lassen, daß des allhier verstorbenen Vice Hofwirthschafts-Secretarii, Christian Gottlieb Richters, Verlassenschaft denen Interessenten, und unter dieser auch das Heergeräthe, daferne von denen solches verlangenden Richterschen Kindern, wie dergleichen zu Rendsburg nicht üblich, jedoch unter dem Erbe von dort mit anhero verabfolget werde, glaubwürdig bescheinigt wird, als ein Theil des Erbes, auch übrigens die nach Rendsburg gehende Erb-Portion, wenn die daselbst wohnhaften Richterschen Erben nicht unter des dasigen Raths-Gerichtsbarkeit stehen, in Gemäisheit der über die wechselseitige Aufhebung des Abzohls-Rechts zwischen hiesigen und den Königl. Dünischen Landen im Jahr 1776. getroffenen anderweiten Convention, abzohofsrey, außerdem aber gegen ein Abzugs-Geld von 10 p. Cent, jedoch mit Auschluss des von dem Nachlaße auf des Defuncti nach Sambor in Pahlen verheyathet gewesene Schwester kommenden 3ten Antheils, verabfolget werden möge.

Wannenhero hierdurch Unser Begehren, ihr wollet deme allen gemäße das weitere Nöthige veranstalten, auch so viel der abwesenden Richterschen Schwester Erb-Antheil betrifft, mit Erlaßung der Edictalien gebührend, und sodann ferner nach Vorschrift derer Rechte versahen.

Mochtens etc. 3 Vol. Acl. und etc. Dat. Dresden, den 15. Dec. 1785.

An  
die Beamten allhier.

LXVII





Leipzig, Diss.) 1793

ULB Halle  
004 350 43X

3







DE  
GABELLAE DETRACTIONE  
EX VSV  
FORI SAXONICI ELECTORALIS  
AESTIMANDA  
SPECIMEN II.  
1793, 18

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

PRAESIDE  
SAMVELE FRIDERICO IVNGHANSIO

IVR. VTR. DOCT.

DIE XXX. MAII A. R. S. CCCCCCLXXXIII.

H. L. Q. CC.

COLLOQVIVM PVBLICVM INSTITVET  
IOANNES GOTTLLOB BEYERVS  
FRIBERGENSIS

LIPSIAE  
EX OFFICINA SAALBACHIA